



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXIII.**

29. Novembris. 3. Cal. Decemb.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

## 414 ANN I CISTERCIENS.


*Christi* vigilias vos omnes secum singulis cru-  
*crux est* cibus affixos ostendit: adjecitque: vos  
*vitare-* rigidâ disciplinæ regularis observan-  
*ligiosa.* tiâ veros esse Crucis suæ bajulos, idéo-

que futuros sui regni coheredes. Lids

*Aeterna Veritas non pronunciasset, Iu-*  
*gum Crucis suave esse; ex hoc tamen cla-*  
*rissimum foret, quod eos, qui illud sponta-*  
*neis humeris suscipiunt, sapienter in hac vi-*  
*ta, & aeternum in altera consoletur.*

S. BERNARDUS, s. 3. de dil. Deo.

Cum Planè fideles nôrunt, quâm omnino  
*Christo* necessarium habeant Jesum, & hunc  
*nolle* pati e- Crucifixum: dum admirantes & am-  
*rubes-* citani plexantes supereminentis scientia cha-  
*ma fi-* ritatem in ipso, id vel tantillum, quod  
*delis.* sunt, in tantæ dilectionis & dignatio-  
*nis vicem non rependere confunduntur.*



29. Novembris. 3. Cal. Decemb.

*Obiit* B. GUILIELME, Abbas Villarien-  
*anno* sis, verè Pater, sive charitatem in  
*1197.* domesticos, sive in paupertate oppres-  
*sos extra cenobium considerem: utris-*  
*que enim tam liberalem porrexiſti ma-*  
*num; ut vacuum alias ea tempeſtate*  
*penarium cœlitus redundasse, nemini*  
*non fuerit ianifestum. Hec nimirum*  
*fiducie*

fiduciae in Deum veræ est merces certissima. Quamvis enim non semper per prodigiæ Benignissima illa Bonitas suam circa nos curam declarat, nunquam tamen, ut canit Vates, deserit sperantes in se.

B: ROBERT E, Melliflui Parentis Obiit  
BERNARDI consobrine, sed & non <sup>anno</sup> 1190.  
absque dolore ejusdem bis genite fili.  
Primus circa te illius labor fuit, cum  
te inter cæteros triginta tyrones Ci-  
stercium deduxit. Admissionem ta-  
men in annum differente S. Stephano,  
primi propositi tenax emissis solenni-  
ter votis cum eodem Claramvallem  
petiisti. Ubi tam diu te ad severa licet <sup>Seduci-</sup>,  
jussa habuit obsequenti, donec te- <sup>tur in</sup>  
neræ ætatis tuæ male misertus Clunia- <sup>mona-</sup>  
censis Prior ad mitiores sui cœnobii <sup>sterium</sup>  
leges te allexit simul, & absente S. Ab- <sup>Clunia.</sup>  
bate abduxit. Datus est fugæ specio- <sup>cense.</sup>  
sus color, quod infans Cluniaco fueris  
Oblatus. Sed hunc BERNARDUS  
unius epistolæ spongia ita excusit, ut  
seductoribus ruborem, tibi veræ pæni-  
tentiae lacrymas expresserit. Hæc est <sup>Revo-</sup>  
illa epistola toto celebris orbe, quam <sup>catur</sup>  
Guilielmus, tunc sancto Patri à Secre- <sup>à Ber-</sup>  
tis, in medio imbris scripsit intactam. <sup>nardo.</sup>  
Itaque ad Claramvallem reversus ade-  
ò te S. Parenti post hunc secundum  
partum probâsti, ut brevi post tempo-  
re tibi

416 ANNI CISTERCIENS.  
re tibi Abbatialem Domus-Dei curam  
commiserit: quam per annos quin-  
quaginta cum celebri sanctimonia fa-  
ma administravisti. Infiniis instru-  
Etus est fraudibus hostis nostræ saluis,  
quibus nostram in bono constantiam la-  
befaciet, & in vixorum consuetudines  
inducat. Tu me gemina virtute præmuni:  
prudentia, ut ejus tela agnoscam, fortius-  
dine, ut animosè repellam.

S. BERNARDUS, ser. I. de Adv.  
Persevereare in malo, diabolicum est,  
& digni sunt perire cum illo, qui cum-  
que in similitudine ejus permanent in  
peccato.

Obiit  
anno  
1299.

30. Novembris. Pridie Cal. Decembr.  
B. RUFINE, Archicœnobii Cister-  
ciensis Abbas, & S. Ordinis Gene-  
ralis XXIX. Experta est prius felix tuo  
regimine Eilia Firmitas, quam bene  
clavum Maternum sis moderaturus:  
hunc autem præter alia virtutum de-  
cora mansuetudine ac prudentia exor-  
nasti. Has tu modò virtutes in me trans-  
funde: utraque enim necessaria est, exter-  
nam & internam pacem conservare vi-  
lenti.

B. BER.